stellarum et corporum celestium et ymaginum hominum et puerorum debitis factis in materia naturali
materia quedam ymago fieri debeat et construi secundum virtutem et effectum. Ex hac
ea dependeas eventure. Et quod scias quod omnia opera que in hoc modo fiunt causa aliquod
sciendi vel ad effectum vel ad scienciam attingendi omnes sunt ymagines. Ex quo
manerie queris ex ymagine. Et si ad predicta omnia que summa habent pertractabis
diligenter inspexeris, invenies luna lucet adusque scie perfectam acquirendam. /

Sextum de virtutibus ymaginum et eius manerie per quam habere. Capitulum
ymagines possunt accipere virtutem planetarum et quomodo
et hec radix sciencie nigromancie et ymaginum

Et scias quod illud quod dicitur virtus est illud quod natura et complexio comprobat per id
agens quod in ipsa virtute agit fuerit. Nam in illo opere manifestatur ut
maiore ut ex hoc operans per virtutem fuerit in istis verbis non natura materia quando
in eis fuit aptum et erit fortius et magis apparens. Et quod ex eo affirmaliter appetitus
apparebit valens et magis cognitum. Et hoc est quemadmodum virtus stomachi que tolerat
virtute propria attractivam et hec est quantitas quam tolerat secundum hoc calidi et sicci
quibus assimilatur tolerare naturam. Et per istas in medicinis simplicibus que quod aliquid
operatur virtute et similiter in effectu in ea tunc illa opera manifestior virtute et
magis apparens est. Et istas ymagines operantur quod ymago in eo non est quam vis
corporum celestium in corporibus influentium. Et ideo quando materia illius corporis fuerit disposita
ad recipiendum influenciam ipsorum corporum celestium seu planetarum. Et ipsa corpora sunt planete
fuerit similiter disposita ad influendum in ipsis materialibus ymaginum corporibus tunc
ipsa ymago erit fortior et magis disposita ad omnes effectus quos ex ipsa petis et operaris
et plus datum planete perfectius erit et magis completum. Exemplum quando volueris ordinare
faciendi ymagines quedam eorum et forma per quam ipsam ymaginem facere volueris in natura
et materia qua ipsam construere volueris et ordinare. Et facias quod predicta omnia in planetis
adimvice conveniantur. Et plures sunt viribus et influenciis planete ipsa durante Certe
tunc si fuerit ordinata erit ymago valida et completa et sequetur effectus et pateat
fiat et eius spiritus ex ipsa ymagine componetur et apparebit tuus effectus. Et tunc opus
illud est planete manifestabitur tibi quemadmodum fuerit. Et modus recepcionis per eius materia
manerie fuit manifestabitur et apparebit, homines enim in nostro tempore facientes ymagines
et ignorantes predicta male faciunt, Et ideo tu volueris facere aliquod quale ex animalibus
vel aliquam positionem arborum componere vel aliquid facere ex operibus lapidum primo accipias
partes componentes ipsam et partes que sunt sue manerie eius adiungas. in preparacione
eum et incorporentur illi vero mixtura convenienti. Et sic operaberis quousque tunc ingenium
totum adimplebis vel adimpleatur. et quousque hec feceris unum non desinit operari in ipso
effectum. et stelle plus ipsum effectum augent et recipit quousque fuerit debitum complementum quemadmodum
in vitro distillare curia. et operantur tamen in tinctura quod in animalibus que homines
componunt et coniungunt operibus et dispositionibus nature et viribus planetarum. Et plus opera que
fiunt diversis et in pluribus partibus. et quod convenientes medicine fiunt verba
miris et oppositis quemadmodum est de quolibet magis perfectis in materia in qua
quod dicuntur quousque reddat ad dispositionem convenientem illius efficientis creature. tunc
natura suum opus operatur et planete viribus propriis quousque id opus proprio ordine adimpleatur.
Et eodem est in minera et aqua ex quibus lapides componuntur. quod primo est aqua
clara et post ea vero densatur super eam ipsam obsecrando et permanendo quousque sit
in silice coagulari lapis. et post ea dicuntur a natura minere et a natura aqua
vel terra ipsius coniuncti. tandem coquendo coagulantur et aplantur lapidi ipsius in in
convenienti et illius minere formam recipit et figuram. Et per hunc modum materia
arborum fit et ordinatur in omnibus verbis in terra nascentibus. Sic et alii fiunt

Et primo putrescit materia tamen quod redundat ex dispositione qua si posset arbori a
que generari debet et recipiat formam et figuram sibi convenientem ad complementum sue
forme ad illam formam et complementum, recipit enim ex mixtione sue humiditatis recepta
ab ipsa materia putrefactionis hec ac humiditatis recepta ab ipsa materia putrefactionis tempore
acquisito isto vero modo fiunt omnia que ex magisterio fiunt. quoniam primo auferri
debet forma et figura que in ipsa materia primitus existebat, et tunc vero illa item perdi
derit figuram et formam tunc ad aliam formam recipiendam et figuram disposita erit. Et
una materia formam et figuram aliam recipere potest nisi perdendo formam et figuram que in ea pri
mitus existebant, Et per hunc modum omnes magistri qui aliqua opera intendunt facere
operari et tunc operando perdunt primo. Accipiunt partes ex quibus illa res quam intendit facere
componit et ipsis operantur quousque redeant ad ipsam partem quod materialem et dispositam ad recipiendum
aliam formam Et istud videmus operari magistrum facientem fermentum Et idem operatur ille qui facit caseum bu
tirum et alia opera que ex lacte seu melle sunt composita Et similiter faciunt magistri fillam bombacis et
omnes alii magistri certa opera operantes qui unum in aliud convertunt tale et transmutant Et hoc accidit propterquod
aliqua materia formam habens et figuram non potest aliquam formam recipere nisi primam perdat et amittat Et sic
materia disposita ad recipiendum secundam formam et sic recipit ipsam Et quod materia aliquam formam recipit et eo
formatur eadem est libera et expedita ab omnibus aliis formis preter ab illa, et hoc non dicimus nisi propter
materias hic infimis existentes Sed in mundo superiori est materia formata fortibus formis durabilibus in ea que
ab ipsa nunquam separari possunt nec illa materia potest recipere formas alias Et intelligatis quod opus ipsius mundi est istius
mancrici quia conservator ipsius mundi primo aspirat in recolligendo res ex quibus ipsa ipso consistere que
sunt disposite et convenientes ad recipiendum ipsam formam quemadmodum videmus in ipsis [illegible] lanii qui
innat et subveniunt veneris colubrorum Et quemadmodum videmus ex ipso ciconia aquo scorpiones fugiunt
Et vespe fugiunt ab acribus et amaris rebus et diligunt et inquirunt aquam rosaceam et [illegible] et recolli
gunt odorem herbe vocate thimus Et multarum aliarum istius mancrici exemplum sic forma et
virtus generat maris cum femina ex comestione ciceorum et aliarum multarum rerum que appetitum
augeat et crescat Et si corpus ipsum fuit genitum ex multis rebus simul adiunctis. ex quarum quantum effi
citur omnis forma ad recipiendum vires et potentias rerum per quibus ipsa ipso efficitur et creatur Et
hoc modo phisici operantur in componendo medicinas qui intendunt ad sanandum dolores et infirmitates quas aptius
perficerent cum medicinis simplicibus et hoc opus est opus boni et perfecti medici secundum Iohannitium in sua
practica qui dicit quod si et quoniamque cum simplicibus medicinis te potes iuvare numquam compositis medicinis
sis operatus Secundum vero est operatio medicinarum multarum contrariarum dispositarum quibus unus medicus
et per hunc modum fuit electuaria tyriaca maior Galieni que multarum medicinarum extitit ordinata
Et dicimus tibi quod unus planeta facit diversos effectus et admirabiles separatos sicut ignis facit in
decoctione mellis quod quando decoquitur debite et aliqualiter recipit saporem bonum, immo meliorem
primo, et si nimis decoquatur forte combureretur et malum recipit saporem Et sic accidit in planetis
qui in gradibus lucidis et tenebrosis consistunt Et celum habet duos effectus. quorum unus est motus et na
lis effectus Alter vero est calor actualis qui ex motu generatur Et per consequens calor fit ex motu, et motus
fit ex celo, et hoc dictum est verum et verissimum Sed id quod apparet ad sensum est quod motus fit ex mo
tu et spera octave spere sive celi signorum. et hoc propter vires stellarum fixarum. quapropter realiter
apparet quod calor sequitur motum et motus sequitur vires et fortitudines stellarum fixarum Et virtus
stellarum fixarum est prima composito non habens ante se aliquam proprietatem Et similiter intelligas de omnibus
partibus et motibus celi et coloribus nascentibus ex eo Et effectus stellarum hoc modo consequuntur
effectus celi. scilicet quod celum producat effectus suos una cum ipsis stellis, et stelle non faciunt effectus suos per
celum sine actu. eo quod ipse stelle nullum motum habent in se nec ipsis Sed ipse habent opera et effectus mi
rabiles secundum motum celi Sed materia prima est natura prima et est ipse conditor vitalis Et opera stellarum
sunt secundum vestes et tincturas quas faciunt Ideo illud est nobilius et altius alio Et gradus celi naturam et
proprietatem non habent nisi quod sunt positi et imaginati, quia non est in celo pars agens et non est agens immo
est totum unum in forma posse operari et sensu absque aliqua diversitate vel differentia habentem in suis partibus
Et quia totum est unus motus Ideo nullam diversitatem in aliquam suam diversificationem et qualitatem tempore aliquo
recipere potest vel habere Et nullo modo esse potest aliquis gradus celi sine firmamento carens qualitate et essentia
stellarum fixarum propterquod ipsum celum stellarum fixarum totum est ex eis repletum Et illi qui dicunt quod
talis gradus celi est stella. in tali tempore denudatus non debent dicere quod ipse visu potest sensum percipere non potest
quoniam non maiores ex eis videntur Cum non sint materie que possint distingui per visum et secundum hoc

contingere potest quod stella sit in aliquo loco ubi non faciat aliquod opus manifestum videlicet ut cum sit in suo
domo vel exaltatione augis vel oppositione augis retrograda vel directa non eundo ad aliquem
predictorum locorum nisi etiam habeat adiuvamen vel aspectum cum aliquo planetarum eorum necnon contrarium
nec a simili contrario quia ista loca maxime etiam que sunt augentia et lunaria effectus contrarios locis angelicis
stellarum fixarum sunt similia loca nullam operationem habentibus quia planete nunquam sunt motu carentes et
ideo non possunt effectibus carere. Et hoc quod in isto loco simul locuti est valde obscurum et profundum.
Et ideo animadvertas et cogitas diligenter meo consilio intelligas cum effectu quemadmodum contingit
cum planete peregrini sunt fortunati in suis operibus duobus modis operantur videlicet in generali et particulari.
Et effectus generalis est quando non apponitur uni parti manifeste. Effectus vero particularis est quando operatur uni
parti manifeste. Et secundum hoc dicit talis planeta est dator vel aspectu vel colligatione a-
recipit et similia. Exemplum ad id quando cibus est in stomacho et trahitur ab epate
mesaraicas committitur velut sanguinis. Et quando ab epate mittitur ad alia membra eundo per
aliorum interiorum quemadmodum diversificatur et fit in quolibet membro fit in similibus
amittit similitudinem sanguinis ac si nunquam habuisset et fiunt ossa in ossibus et nervi nervi et sic
fit in ceteris membris. Et similes sunt effectus planetarum in suis motibus quando vadunt versus
aliquem aspectum coniunctionem vel effectus planetarum ad aliquem locum ex dictis vadit se convertendo
secundum effectum et operationem illius loci ad quem vadit. Et similiter planete habent alios effectus nobi-
les et sublimiores quando planeta fuerit in auge operatur secundum operationem stelle super ipsum existentis directe
et associatur secum in effectibus et tunc faciunt mirabilia et etiam quando est in opposito augis operatur secundum
planetam et effectus primi mobilis. Et celum lune influit et operatur secundum naturam ignis et aeris
plus quam alie nature suis subtilitatibus. Et secundum hoc dicimus de Saturno quando fuerit in suo auge facit
effectus stellarum super eo existentium. Et quando sit in opposito augis facit effectus Iovis et idem de aliis
dicimus planetis scilicet quod quando planeta fuerit in auge sua erit effectus eius et opera sua secundum opera et
effectus planete super eum in ordine existentis. Et cum fuerit in opposito augis operabitur secundum operationes planete
sub eo existentis. Et hec vero multum in artem magicam [appetitur] operantur. Et sapientes antiqui predicta totis
viribus celant. Et si non explanarem ea essem indecens omnino. Et si firmiter teneas quod planeta
quanto est in motibus suis gravior incedit et est fortior in effectibus. Et e contrario levior planeta in mo-
tu debilior est in opere et media in motu melius in effectu. Et in hac sua sapientes antiqui
non sunt communiter concordati quia aliqui dixerunt diversa et contrarium quod dixerunt quod planeta in suo motu
tardior est debilior in effectibus et levior in motu est fortior in effectu. Priorum vero talis est
quod acceperunt predicta secundum ordinem et dispositionem primi mobilis ad stellas fixas vel stellarum
fixarum. Et aliorum vero est secundum dispositiones motuum generationis in terra secundum quas planeta ponde-
rosior fortior erit in effectu et levior motu debilior in effectu. Et secundum opinionem aliam nunc tacere
de dispositione primi mobilis ad speram stellarum fixarum erit planeta levior in motu fortior in
effectu motu debilior in effectu quia est passibilibus. Et in hoc sapientes non sunt multum discordati
quia una pars sapientum antiquorum tenebat contrarium hanc similitudinem ponentes et eam attribuentes primo
mobili et stellis fixis. Et secundum hoc planeta ponderosior erit prior et magis conveniens in simili-
tudinem ipsi primo mobili nono et spere stellarum fixarum in sua tarditate propter quod convenit in motu et
sic erit motus tardus simul motu tardo et levis levi. Et ista predicta multum sapientes antiqui
in suis libris dixerunt secrete et occulte. Et nunc hic intendimus dicere secreta sapientum antiquorum
artis magice. Scias quod quando luna est iuncta Saturno erit opus eius secundum opera Saturni et hoc
contingit quod opera Saturni sunt fortunata operabiliore quemadmodum est in omnibus planetis cum Saturno
adinvicem colligatis quorum effectus erit secundum effectus et dispositiones Saturni. Et hoc est propter quod
potentia Saturni est fortissima omnium planetarum virtute. Et hoc contingit causa et ceteris supra nominatis
quod sunt propter eius summam altitudinem et propinquitatem celorum altorum ut puta spere primi mobilis
et stellarum fixarum. Et quia est multum tardus in incessu eius assimilatur primo mobili aliis qualitatibus
supra nominatis secundum predicta existentibus. Et omnia que loquuntur in istis coniunctionibus
Iovis Solis et Veneris quando cum inficiuntur effectibus Saturni mutantur et alterantur mutationibus

vel alteracionibus magnis Et eodem modo accidit Iovi cum stellis fixis et generaliter omnibus
quousque devenitur ad lunam Et subsequenter effectus istarum stellarum fixarum apparent in aere
et igne Et effectus ignis et aeris patent in aqua et terra Effectus istorum quatuor quoque elementorum
in generacionibus que generantur ex ipsis patent apparent et quorumlibet duorum planetarum coniunctio propter
hec tres qualitates in eorum coniunctione videlicet augmentacionem diminucionem et equalitatem et ad invicem
quemadmodum in luna iuncta Saturno erit opus lune debile et absconsum hoc est quia virtus Sa
turni ipsius lune virtutes excedit si cum fuerit eidem iuncta in eodem gradu longitudinis et latitudinis
ipsius exaltacionibus et qualitatibus similibus eius ita ut fuerit luna et Saturnus in uno ter
mino et in uno istorum locorum nec aliter et sic qualitas Saturni et aliorum planetarum est in aliis locis
Et bene possunt contingere quod effectus lune et eius virtus erit maior et fortior virtute Saturni et cum luna
fuerit in locis altis supradictis et Saturnus fuerit in contrariis eorum Et si luna fuerit iuncta Sa
turno in locis contrariis supradictis nobilibus locis tunc opus lune omne semper erit quam nobilius
operibus Saturni quemadmodum in aliis qualitatibus supradictis Et si fuerit Saturnus in illis altis lo
cis et luna in eodem gradu opus lune erit multum debile et extinctum Et si fuerit luna equalis
in motu vel tarda in eo vel in aliis locis similibus istis tunc erit virtus lune equalis Saturni et similis
in virtute et quanto magis luna appropinquatur augi sue quod est maior elevacio eius quam possit esse in luna
et in talibus elevacionibus equatur maiori depressioni ipsius Saturni quanto magis si Saturnus fuerit
directe progressivus Sed qualitas Saturni cum Iove non est ut qualitas Saturni cum luna set ut in
pluribus erunt equales et hoc est cum Saturnus et Iupiter erunt elevati tunc opus Iovis fortius erit
opere Saturni Et si fuerit Iupiter elevatus et Saturnus equalis in motu directus et in exaltacione tunc
opus ipsius Iovis non erit super Saturnum opere elevatum Sed cum fuerit contra tunc erit virtus Sa
turni super Iovem et ipsius Iovis virtus erit debilitata et remissa nec hoc apparet in qualita
tibus Saturni cum Marte cum ad invicem coniunguntur Erunt enim opera Martis manifesta in apparencia
nisi forte fuerit in qualitatibus et disposicionibus superius tactis Sed Veneris et Mercurii disposicio
nes et similitudines sunt cum qualibet planetarum Et luna similitudine non habet et convenienciam quia
luna cum pluribus illarum similitudinem nec convenienciam habet Et ista est quedam radix magice artis cum
fodienda multum et valde necessaria in operibus magicis Debes etiam scire quod opera planetarum sunt
opera perfecta et hoc propterea quod sunt corpora simplicia et que sunt simplicia nullum actum vel corrupcionem
aliquam recipere possunt quoniam si ea que sunt simplicia aliquam reciperent corrupcionem invenimus non pos
sent Sed detrimentum et corrupcio non potest accidere nisi in corporibus ex diversis rebus compositis Et
scias quod opus primi mobilis est opus perfectum et est radix omnium operacionum celorum planetarum et stel
larum fixarum Et hoc propter quod est virtus et fortitudo motus movendi alios celos Et propter
hoc dicitur quod ipsum est motor omnium nec in se est mobile quiescens Et qui dicit ipsum esse mobile
resistit veritati Sed celum stellarum fixarum maxime quod eius motus generalis est et est separatum
a motu primi mobilis et idem contingit omnibus aliis speciebus Et scias quod motus trepidacionis
cum motu stellarum fixarum est motus equalis eius omnibus viis Et motus planetarum est propter motum
essencialem suorum celorum quibus moventur quia stelle nullum motum habent in se ipsis nisi per accidens Et iste
effectus celi est duplex quemadmodum diximus Deinde datur est infusionibus planetarum et ad peticionem
ipsius est movere res et fortitudines et eas reducere ut sint manifeste quia in forma est similitudo
rerum et in materia est vis recipiendi eas Et quelibet materia habet formam propter qualem complexione Exem
plum predicta hominis enim cum fuerit parvus et crescit quousque magnum efficiatur sic crescit et augetur
quia ignis est modica quantitate ex eius attrahitur a materia ipsius convincendo agit igne et quod est
in ea absconsum quousque patefaciat eum et ex hoc augmentatur et crescit et scias quod corrupcio
non ingreditur res apparentes et eas damnando immo ingreditur res non apparentes et eas corrum
pit non apparenter Materia vero que fit secundum naturam sic equalis et que naturam extrema intensa fit Et propterea
calor apparens naturaliter movet calorem absconsum Et similiter calor absconsus manifestum calorem
movet Et hoc quia calor absconsus est disposicio suorum effectuum et sic est generacio sui ipsius habeas
semper donec intelligas diligenter nam perfectum extrahes ex eis :

Capitulum septimum de modo sciendi dimensiones in istis scientiis ymaginum et quot partes ipsi oportuit in ista scientia :

Ex hiis autem que per nos hactenus dicta sunt satis evidenter apparent forme corpora recipientis et eius materia dati etiam influencie planetarum ymaginem et recipere suarum virium nature et forme similitudinis et diversitatis secundum quod similitudo est ex materia adiunctionis in effectibus ymaginum. Et hoc propter quod opus ymaginum indiget similitudine effectuum stellarum et operis metalli ex quo ymagines componuntur in quo fit ipsa et loco in quo talis ymago funditur et patitur; quibus omnibus in sit adiunctis et in ipsa perfecta similitudine apparatus erit ipsius ymaginis effectus. Et si diversificatur in aliquo ymago ipsa deficiet in effectu, et ex hoc apparet quod coadunatio est quedam radix maxime ad effectus artis magice acquirendum. Et similiter quantitas est radix istius scientie eo quod ipsa in quodam modo operatur, secundum suam primam divisionem dividitur in duas partes. Quemadmodum partes sunt ipsa quantitas continua et discreta. Quantitas vero continua dividitur in quinque partes que sunt linea superficies corpus tempus et locus. Et quantitas discreta dividitur in duas partes videlicet in numerum et pondus. Omnes vero ipsius quantitatis partes multum sunt magnis operibus optime, quemadmodum linea est necessaria in ymagine propter aspectum et similitudinem que alii ipsa ymagine recipiuntur erga id quod quecumque recipere effectum ymaginum similitudinem vel dissimilitudinem. Linee quidem due partes ex quibus in hoc loco divisimus lineam ipsam secundum aspectum et ... quemadmodum diximus est secundum quod dicitur in quodam capitulo de linea recta in hoc sit de qua breviter linea est inter duo puncta posita indirecte unum ad alterum. Et hoc dictum est magis completum omnibus aliis dictis ymaginum eo quod per lineam rectam super quam vadit res disposita in uno termino et in medio a primo puncto linee per rectam aliam discurrendo quousque attingat ad aliud indirectum eius positum qua de causa dicitur quod talis est inductio totalis. Et hoc erit quando huic aliquid obviatur illi rei quando suo cursu per lineam rectam declinat et detrahat virtutem punctalis proiectio radiorum planetarum que directe influunt in puncto existente in superficie corporis dispositi ad recipiendum proiectos radiorum talium. Causa autem quare iste proiectionis est in ymaginis propter datum stellarum quod quaeritur in effectu ymaginum et etiam est proiectio radiorum quiescens ingrediendo ipsum metallum vel rem ex qua componitur ymago pro complendo ipsum effectum prout efficitur et ordinatur ipsa ymago ... vel similitudine ... apparet quod linea exiens aspecta in ymaginem formam debet necessario esse recta ut datum sit integrum et completum, quod non esset dicta linea obliqua existente immo esset debile et diminutum. Superficies autem ex vi est signatur dati. Et hoc quia superficies est extensio effectus ymaginum in locum ipsum, deinde quod extenditur necessario fit superficies. Omne enim quod extenditur in extremo est superficies. Quemadmodum ipsa aqua in semetipsa mutatur calore frigiditate lumine odore coloribus et aliis similibus istis. Et super quod vadunt linee infuse a planetis in ymagines et hee que ab ipsa ymagine procedunt ad locum faciunt superficiem. Ideo ista secreta intelligatis et audiatis. Causa autem qualiter et quare taliter operentur antiqui sapientes modum in patibulo posuerunt. Tempus quidem est necessarium et congruum in omnibus operibus ymaginum eo quod sequitur motum corporis, quemadmodum explanabo et dividam effectum ymaginum in scriptis. Et dividitur tempus per partes in effectibus ymaginum. Dividitur tempus aspectum secundum locum in quo est datum et influentia illius effectus si volumus ut compleatur an ne; id quod est ex pluribus declinatorum planetarum. Et hoc est aspicere tempus planete in hora debita et competenti. Et scire coniunctiones quas habet cum aliquo planeta existente secum coniuncto in uno gradu vel sit in aliquo alio aspectu tam oppositionis quam quarti trini et aliorum aspectuum. Et illa que huic operi sunt necessaria considerandum ex locis planetarum efficaciam effectus tam completos quam incompletos secundum modum et formam operandi sic discernendo oportebit videlicet an planeta sit directus vel descendens vel in sua exaltatione vel in quo loco erit datum planete in quo loco computatur secundum fortunas vel infortunas; numero quando planeta fuerit in gradibus lucidis puteis et tenebrosis et aliis que in astronomia dicta sunt. Et hoc est secretum maximum valde in magica doctrina secundum usum medium diversitatis ut dicitur in simili nature et proprietate. Et hoc est tempus aspiciendi cuiusque modi est ille effectus dati. Et illud est tempus quo efficere debemus in operacionem ymaginum perfectam in loco in quo fieri debet et res similes in rebus similibus ipsius temporis. Locus autem est ultimum interius dispositionis

supradicte qualitatis contrarie. Et est locus aspectus ad hoc ut sit locus operandi quousque adoptatum finem in op-
portuno tempore attingat. Et locus ymaginum unus et ipsius apparatus in aere vel in terra celandi vel manifestandi
et aliis similibus. Et hec sunt loca in quibus ymagines conferunt. Et locus in quo ista materia exercetur necessario
ita fieri debet disponi et laborari, quia omnia sunt in operibus magicis consideratione digna quod propter considerationem
omnium predictorum erit datum et effectus plane et complebuntur magis effectus et mirabiles qui sunt contrarie cre-
dende opinionibus auditorum. Nunc dicimus tibi quod vere dici possunt de natura miraculorum et mirabilium effectuum
et ista sunt effectus ymaginum et maxime quia eorum effectus non sunt in similitudine alicuius ymaginis sunt quemadmodum
extirpatio arenarum et mundatio lapidum sequestratio mortalitatis dilmnorum et in nubium mutatio ventorum
et similia predictis que hic non sunt recitanda propter insufficientiam sermonis prolixi. Sed verba et nomina que sunt
ex natura qualitatis discrete sunt necessaria in diminutionibus auguriis et sompniorum interpretationibus et locutionibus
in spiritu et hiis similibus. Non ad istam in unam ex maneriebus ingrediuntur artes Nigromantie. Sed
qualitas predicte est necessaria in istis operibus et oportuna eo quod retinet tempus quod quidem non est nisi computa-
tio motuum celorum et quod dicimus a tali tempore quia ad tale tempus revocatur apparet quod dicimus aliquem ibi
et computationem, qui inde quando eundem locum attingit tunc perficitur in computatione secundum eum diximus quod talis operatio
erit ab hac hora usque ad 20 dies hoc dicto apparet quod dicere volumus aliquam unam computationem. Proportio-
nis autem modus iste sic ingreditur propter quod est forma ymaginum et locus ipsius effectus est qui recipit virtutem
et potentiam quam dicitur esse fortiorem in ymagine et pro meliori parte sunt ingressi in modos proportionis et figu-
randi ymagines in loco quo preparari debetur ista qualitas. Et hoc totum ingreditur maneriem propor-
tionis et alia aliarum qualitatum huius similia ingrediuntur hanc maneriem proportionis. Sed qualitas que
sit est causa in effectibus ymaginum eo quod res que est contraria effectui ymaginis debet habere virtutem et potentiam completam
similem illius effectui ipsi qualitati que componi debet in ipsa ymagine ad acquirendum illius virtutis et in ipsa
ymagine petita. Et hec est aptatio et mixtio quam debent habere alie aliarum naturis in inferioribus naturis
inpressis taliter ut hec res contraria dato placitum assumetur et receptioni que debet habere ad complementum ipsius ef-
fectus petitionis que in hoc libro sepe narravimus quod planete magis participat in uno quam in alio quemadmodum
comparatur actionis planeta unitati tali nec arborum alicuius lapidum et aliis eisdem similibus. Verbi gra-
tia sicut iste lapis cum in contrario est in illa re contraria et ad recipiendum effectus illius planete. Dispositio vel
etiam assimiletur ei in receptione effectus illius planete unio et eius natura que est contraria in ea fit simul
effectui et receptione illius planete sic operantis. Et eodem modo debet esse lapis ille vel illud extra ymaginem con-
sistat composita. Et quod natura lapidis vel alterius rei extrema fit ymagine forte et robustum ut in tempore forti-
ficetur omnino quousque nec victoriam attingat et tunc manifestabitur et eius effectus extenditur.
Et illi qui in hac scientia fideliter laboraverunt non invenerunt viam qua ad predicta pervenire possent nisi
ad naturam ipsius lapidis vel illius alterius rei eiusdem qualitatis vel aliarum qualitatum similium eidem attin-
gat quousque revocetur eius natura taliter quod superet et vincat omnes alias naturas quemadmodum
accidit in Electuariis et Tiriaca que virtutibus propriis obtinet et vincit et talis victoria accidit
ex vi mixtarum medicinarum existentium in eisdem. Et etiam propter contrariorum medicinarum complet eius potentia et
effectus et etiam propter commixtionem medicinarum multa mirabilia fiunt quemadmodum plures et operationes manus
et alia opera naturalia sicut ymagines et divisio mortalitatis et operis lapidum adinvicem. Et per dicta
sapientis in corde quedam dicitis quod in omnibus operibus et effectibus huius affinitas benivolentia et res
se adinvicem, habent diligentes. Et amicitias adversitatibus et accidit se odio habentibus et que natura sunt ad
invicem resistentes. Capitulum 8m de ordinationibus rerum naturalium et quomodo possunt ingre-
di in hanc scientiam.

Ordine vero quem sapientes antiqui posuerunt in gradibus naturarum non fuere nisi hac via pergene-
sita quousque sciverunt ordinem et naturam operum et earum gubernatorum et omnium aliarum rerum.
Deinde composuerunt operationes adinvicem quousque cum medicinarum scientiam cognitione et effectus quos
facere possunt earum admixtione ad invicem venire possemus. In nostro hic sub silentio portare contra
discordantes sapientum antiquorum adinvicem in naturis simplicibus quales et quante sint. Tenorum
quidem qua veraciter credo dicunt quod non simplices sunt mites et fortes omnibus aliis. Que dixe-
runt quedam non sunt hor humiditas siccitas frigiditas et caliditas, calor que qualitates prime et
simplicitates pariter sunt incipiunt. Deinde subsequuntur dicte alie non composite que sunt iste calidum

frigidum humidum et siccum id quod nos dicimus calidum exprimitur quod materia est mixta cum calido et id idem in
aliis est intelligendum. Et hinc apparet ex hoc dicto, si cum dicimus calidum et frigidum quod non est simile huic dicto cum
dicimus calorem frigiditatem et hoc modo cum in aliis fuimus locuti. Deinde sequuntur ista materia quatuor alia secunda
composita quae appellamus calidum et siccum ut calidum et humidum frigidum et siccum ut frigidum et humidum
quae sunt naturae compositi. Unde patet quod isti non sunt eiusdem aliis de quibus fuimus locuti scilicet calidum absque sicco et
humidum et frigidum absque sicco et humido. Tertiae vero sequuntur aliae naturae compositae videlicet ignis terra aer et
aqua quae sunt tertiae naturae compositae ex primis et secundis qualitatibus coadunatae. Deinde istas naturas sequuntur aliae naturae compositae
in quarto ordine situatae videlicet quae sunt in corporibus quae in multis partibus dividuntur scilicet in quatuor anni temporibus
ut sunt hiemps ver estas et autumpnus. Quinta et quatuor in humoribus tam in hominibus quam in aliis
animalibus situatis videlicet sanguis flegma colera et melancolia. Sed materia hominis est magis delicata
et subtilior omnibus aliis naturis animalium eo quod corporum animalium naturae sunt grossiores et multo magis quam
sicut ipsa hominis natura. Sed naturae in arboribus et plantis ex terra nascentibus existentibus sicut sunt oleum
tinctura viriditas et silva sunt sextae in ipsis et lapides in naturis lapidum sunt qualitates et quae fuimus hactenus
locuti est intelligendum id quod diximus in arboribus et lapidibus est equaliter adequata narravimus in hominibus
et animalibus in hoc modo quod arbores sunt in equalitate naturae et subtilitate secundum alia animalia
Et ideo sequuntur ista res magisterio compositae et sunt quae dicimus esse compositae ex compositis et sunt
ultimo compositae. Et isti sunt veluti mediae et alia humidi compositae. Sed via vero in quibus naturae simplicium
et compositorum constat dividuntur in septem partes quae perfecta usque ad secundas partes perveniunt
attendendo. Et volo hic exemplificare ad idem quod secundum ut patefaciam id quod divisum est
in forma explanatione quemadmodum in hoc exemplo. Dicamus quod naturae simplices sunt caliditas frigiditas
humiditas siccitas. Et primae naturae compositae sunt calidum frigidum humidum siccum. Et secundae naturae quae sunt calidum et siccum
calidum et humidum frigidum et siccum frigidum et humidum. Et tertiae naturae sunt ipsa elementa videlicet ignis terra
aer aqua. Et quartae naturae compositae sunt ipsa anni scilicet ver hiemps estas et autumpnus. Et quintae naturae compositae
sunt quatuor humores scilicet sanguis colera flegma et melancolia. Et sextae naturae compositae sunt tincturae oleum viriditas
et semina et silva. Quinadicta dicimus quod calor frigiditas humiditas et siccitas sunt similes igni
aeri aquae et terrae in multis partibus eorum secundum et sensibilitate divisae. Dicunt enim ignem esse calidum
eo quod est calidus et siccus. Dicunt calorem tamen quod est ignis nec quod est compositum igne vel aliquo alio
quia omne compositum quod est fuit coniunctum ex rebus precedentibus eos et nominatis in ipsis et quod tales sunt
compositae ut calor precedit igne humiditas aerem frigiditas aquam et siccitas terram scilicet hoc dictum
tamquam exemplum ponimus in predictis. Et hoc non dicatur in epate pulmone felle corde capite tibiis
manibus et omnibus aliis membris. Et calor sicut predximus fit ex motu celi frigiditas ex
centro eius generatur videlicet terra quae centrum fuit mediante initium. Ex quo necesse est essentias dicit
omnes generationes in omnibus materialibus et siccitas terrae generatur ipsi calori in omnibus eius qualitatibus
mixtio quietudine et motibus quod caliditas est essentialitas silva augentis dividens ex quia. Et
hoc modo dicimus quod quaelibet fiat inveniuntur et eadem silices dividuntur et sic dicimus esse in hiis quae diximus si
in qualitatibus opponitur quod si non fuit eorum dissimulatio ledi et dampnari. Ideo tibi dicimus quod
si volueris operari in istis altis et nobilibus scientiis et subtilibus intellectu quod nullo modo per eas studes
ut piger sis in studendo dicta et libros sapientum quia isto tramite quod volueris attinges. Et certe
quae hactenus fuimus locuti in rebus mixtis et adiunctis tam sapientum dictis quam scientiarum omnium extra
tamen non diximus nisi explanationem et dispositionem tui sensus et intellectus ut te benivolum docilem
et attentum reddam in predictis. 2c.

Capitulum nonum de demonstrationibus figurarum et formis imaginum quae sunt angeli
unt aut ad zones antedictas quam locuti fuimus in figuris celi et loco planetarum
in effectibus suis quos faciunt auxilio dei influentis stellarum virtute compono. Et dico
quod sex ymagines de quibus infinis principaliter tractaturi hunt virtutes proprias et effectus in modo
et in hoc loco dicere intendo et nominare istas figuras videlicet quod est ex suis actibus exceptum. Ex suis
effectibus secundum quod sapientes antiqui in hoc laborantes sunt adinvenerunt concordati. Ad fugandum inimicos



tribias istas figuras in lamina auri rubei prima
facie leonis ascendente quas figuras sunt adinventae ex
stellis fixis in leonis signo existentibus. Et cum hoc fe-
ceris ponas ipsam laminam in loco inimicorum et fugient omnes
et recedent.

Sculpas figuras istas in lapidea sulfre **Ymago ad retinendum bubiones**
secunda facie Cancri ascendente quem lapidem ponas in loco
quo volueris nec bubiones vel bubiones ad ipsum locum umquam po
terunt venire quousque lapis steterit ibi

Ad fugandum muscas

Sculpas figuras istas in lamina stanni tercia ascendente facie scorpionis quam laminam
ponas in quocumque loco volueris et musce
ab eodem loco recedunt et sunt iste



Sculpas istas figuras in **Ut homo cuicumque veniat ad te**
panno lineo quas in die et hora Veneris facias secunda facie Cancri
ascendente Venere ibidem existente ipsa quoque hora scribas nomen quemcumque volu
eris ad te venire deinde accipias caput ipsius
panni linei igne et statim veniat ad te

Ad inimicitiam ponendam inter quoscumque volueris

Cum autem volueris dividere duos homines ut numquam se adinvicem diligant facias infra
scriptas figuras cum dente canis nigri in die et hora Saturni tercia facie capricorni
ascendente Saturno ibidem existente ponas quoque
laminam in loco altius eorum vel in loco quo
solent simul adunare et dissolvetur eorum amicitia in
lamina plumbi nigri



Ad infortunandum locum quemcumque volueris

Sculpas istas figuras in lamina plumbea cum cerebro porci in die et hora Saturni
ascendente secunda facie capricorni et Saturno existente in ea
et ponas laminam in loco quem volueris destruere et virtus ma
la Saturni influetur in eo et numquam populabitur quousque lamina steterit ibidem

Omnes autem sex operationes predicte sunt virtute planetarum quando ponitur constellationibus
sunt composite. Et scias quod figure que sunt auxilio stellarum fixarum non sunt nisi sex iste
Nec aliquis sapientum fuit in pluribus locutus qua de causa in isto libro in hac sciencia complere
ponere ~~pro~~ discrevimus **Capitulum decimum de lapidibus appropriatis planetis cuilibet parte et de formationibus figurarum**

Hac vero parte patefacere intendimus id est quilibet planeta habet partem in metallis et lapi
dibus habent etiam in figuris planetarum et sunt operationibus multum admirandis **Et primo de Saturno**

Saturnus habet ex metallis ferrum et partem in auro, ex lapidibus quoque dyamantem et aliam
tamasse et agrebrebesse quod est niger et clara et fernet et almagnatie et partem habet in lapi
dibus rubeis et in marcasita aurea nomine in sedina **De Iove**

Iupiter ex metallis habet plumbum et de lapidibus preciosis albos et croceos et partem in
aes nomine in smaragdo et in elmehe et in cristallo et in omnibus lapidibus albis et cla
ris et lucidis nomine et in auro **De Marte**

Mars ex metallis habet es rubeum et omnes maneries sulfuris et habet partem de vitro et in la
pidibus habet pinonada et lapidem sanguinis et partes habet in alquet et in aliasa nomine et
in omnibus lapidibus rubeis et maculis guttatis **De Sole**

Sol ex metallis habet vitrum egipti et in azenet et habet ex lapidibus albestoi et dyamad
tem et contras rubeas et omnes lapides lucidos et claros et partem habet in sedina et in
azimbediech et robi et in balaxo et in margaritis astra et aurea **De Venere**

Venus ex metallis habet erem rubeum et partem in argento et vitro et ex lapidibus lazurium et co
rallum et de benoch et partem in almehe et in almagnatie **De Mercurio**

Mercurius habet ex metallis argentum vivum et partem in stagno et vitro et ex lapidibus habet smaragdos
cum omnibus speciebus et habet partem in alzumbedich **De Luna**

Luna ex metallis habet argentum et ex lapidibus marcasitam argenteam et aliasar minutum
et partem habet in cristallo et in azurio et in aliasa et in almehe **Secuntur infra figure planetarum**

Et inveni a sapientibus hec sunt forme translatas inveni in lapidario Abutin et in libro quod dicitur Benibus
et in libro primum et hoc in ymaginibus quod transtulit sapiens planetis et sunt iste

ormā Saturni 2m opinionem ptolomei Est forma hominis curuū vultum habentis et in medio pedes et supra kathedram sedentis in dextra manum hastam in sinistra vero lanceam supportantis Et forma eius est hec :-:-:-

orma Saturni 2m opinionem alexandri Est forma hominis erecti suas manus supra caput ipsius erigentis et in eis unum piscem tenentis et infra eius pedes logori i zattom similitudinem habentis figuraliter et est talis forma

orma Saturni secundum opinionem Zehelis Est forma hominis senis super altam kathedram sedentis erecti et est talis forma :-

orma saturni secundum opinionem aliorum philosophorum sapientum est forma hominis super draconem erecti in dextra eius falcem in sinistra vero manu hastam habentis et nigris pannis et paruis indutus Et est talis forma

orma Io
uis 2m
opinionem
Veneris Est
forma hois
supra aqui
lam sedentis
in uno panno
involuta et
pedes supra
lumbos aquile
et caput pan
ni in quo
voluitur sua
dextra tene
tis et est
talis fora

orma Io
uis 2m
opinionem
Mercurii Est
forma hois
cooperti cu
uno linthe
amine ce
tantis su
pra dra
conem i
eius ma
nu lan
ceam ul
dardam
sursu te
nentis Et
hec est eius fora

orma Iouis scdm opinionem Iouiatus
Est forma hominis leoninum vultum hntis
et pedes avis et infra eius pedes draconē
tenentis tenebat hastam septem capita hntem
et in eius dextra dardam hntem ac si ipsum p
cutere vellet in caput draconis et est talis

orma Iouis scdm alios sapientes phi
losophos Est forma hominis supra
aquilam equitantis in sua dextra pannu te
nētis in sinistra manu vero nucem hntis
et omnia eius vestimenta sunt crocea et
hec est forma eius :

orma Martis
2m opinionem
Beylus Est forma
hominis coronati et
ensem in dextra ha-
bentis :

orma
Martis
secundum opi-
nionem
aliorum sa-
pientum est
forma ho-
minis super
leonem equi-
tantis in
dextra ma-
nu ensem
habentis
in sinistra
vero caput
hominis ge-
stantis et
eius vestes
sunt ex lo-
ricis et fer-
ro et talis est forma :

orma Martis 2m opinionem Hermetis
Est forma hominis nudi in pedibus e-
recti et ex dextra eius ante se virginem for-
mosam in pedibus statim tenentis que est
forma veneris et eius capilli retro aptati
et mars ponens eius dextram super sinum col-
li et super eius corpus sinistram extendendo
et in eorum vultu aspicientes se et intuentes et
hec sapiens dicit quod hec figura magnas
potencias habet
et opera mag-
na valde et de
ea deo dante
recordabimur
postea :

orma Solis secundum opinionem Beylus
est forma mulieris in pedibus elevate
existentis super currum a quatuor equis tractum spe-
culum in dextra tenentis in sinistra vero ba-
culum supra pectus ligatum et super caput
eius similitudinem flame ignis et talis est
forma :

orma solis secundu
opinionem ancientiu
Est forma homis in pedi
bus erecti silus volantis
saltac salutare illos qui
videt et in eius sinistra
manu clipeum te
nebis et sub eius
pedibus figura
draconis habeas
et talis est for

orma solis 2m opinionez a
liorum sapientum Est forma ba
ronis erecti sup currum q quatuor
equis trahitur et in dextra eius spe
culum in sinistra vero clipeum et
omes eius vestes sunt crocce et e
talis forma

orma Solis 2m opinionez picatris Est
forma regis sedentis et i eius capite ha
bentis coronaz et formaz corvi nigri an iyz
habentis et sub eius pedibus figuram solis
quad ante diximus et e hec figura

orma veneris scdm opinionez veneris
Est forma mulieris in pedibus ere
cta et in manu eius dextra pomu ha
bentis et hec est forma

8

orma veneis sedm opinionez sapietissi picutis Est forma mulieris tenētis in eius dext manu pom et in sinistra peetinem si similem tabule sparatum et ipsas figuras inscriptu 010101 et est talis.

6

forma :ſ:ſ

7

orma veneris secundum opinionez aliorum est forma mulieris cu capillis expansis et supra cervum equitantis et in eius dext manu pomum tenentis in sinistra vero flores et eius vestes albi coloris et est talis forma

orma veneis secundum opinionem sapientis anciani Est forma hominis habens corpus et caput avis et pedes aquile et stat erectus et est talis forma eius :ſ

orma veneris sedm opinionez ptolomei Est forma mulieris nude et ante eius collu forāz marcis cu vna kathena habentis

2 forma q̄ cha dico , p sone catena iello …

3 Ganimedes portatus ab aquila

4 Venus …

5 … maz … cristallo

9 forma herma phroditi

10 forma q̄ … mitti ad salamandra

11 forma …

0 ///

Forma
asperca
rij sedm opi
nionem sa
pientis ptr
Dexplus est
forma iu
uenis bar
bati et i
eius ma
dardam te
nentis :



Creatio



B C

II

Ms. ten został zrestaurowany przez zakład introligatorski R. Jahody w Krakowie w maju 1928 r. Dwie ryciny nalepione na okładki, typu „manière criblée" prze=
niesiono do działu graficznego nr. inw. 6907, 6904. Defekty niniejszego rękopisu są opisane w akcie L. 31. III. 1922.